

Reverendo in Christo Patri Domino Mauricio
Episcopo Varmieniensi sincerè nobis dilecto.

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniae
Magnus Dux Lithuanie, Ruffie, Pruffie,
Masovie & Dominus et heres.

Reverende in Christo Pater sincerè nobis dilecte!

Probamus vulgariter studium et sollicitudinem Pa-
ternitatis vestre de communi bono terrarum nostra-
rum quam ex novissimis literis ejus ad nos missis
intelleximus, consiliumque ejus de cadenda in terris
Pruffie moneta nobis placet quò etiam utemur et
talis valoris monetam cadendam mandabimus,
qualem Gedani ex autoritate Paternitatis vestre
et reliquarum terrarum Pruffie Consiliariorum
nostrorum constitueramus, nisi in hoc proximo
Conventu quem Illustris Domini Pruffie Ducis
nunc ad Silesiam Prefecti petitionem Elbingi
ad feriam secundam post Dominicam oculi trans-
posuimus, aliter et utilia per Paternitatem ve-
stram, aliisque Consiliarios nostros illic futuros,
tum etiam per Legatos Domini predicti Ducis
super ea re constitueretur tunc facile ex hoc esse-
mus contenti alioqui si vobis utrinque in eo ipso
Conventu Elbingensi futuro de ea re non conve-
nerit, et novissime preteriti Elbingensis Conventus
propositione ad effectum prodire non poterint,
non aliter rem monetariam instituemus, nisi eo modo,
quem paternitas vestra prout supra expressum est

consulit, volumus enim omnino, ut in ista ipsa fo-
tura moneta, cuspione dignitati et commodis tam
Regni nostri tum etiam reliquarum terrarum
nostrarum, efficaciter succurratur. Paternitatem
Vestram bene valere optamus. Datum Petriovio,
Die vigesima quarta mensis Januarij Anno Domi-
ni Millesimo quingentesimo vigesimo octavo Regni
vero nostri anno decimo

Commissio propria Regie. M^{is}